



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Quantum integer prædestinationis effectus à libero adulti arbitrio pendeat.  
Memb. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

*Reprobatio  
nus antec-  
dit voluntate  
tem formis  
peccata  
ta, & in eis  
obdurata v/  
que ad finem  
vita.*

omnino est, quod prædestinare in Christo, & per Christum: unde sequitur manifeste, admittendam non esse electionem ad beatitudinem, que prædestinationem antecedat. Cùm autem, quamvis prædestinationis non detur causa, reprobationis tamen, ac reiectionis à beatitudine causa sint peccata prævisa futura, multò minùs admittenda erit voluntas abso luta, reiiciendi à beatitudine aliquos, que antecedat voluntatem permittendi peccata, in eis que reprobri voluntate prævisi futuri, illum obdurandi usque ad finem vitae: de qua re diximus art. 3. & diecimus disputatione ultima.

Ecce explicatum instantia, quæ aduersus Scotum, Catenam, ac Durandum suprà articulo 3. cito tum, & quosdam alios, membro præcedente, ratione, quam obiciens truncatam retulit, reiicie inten dimus. Id quod facilè poterat intelligere: tum ex serie ipsanostre doctrina, atque ex nostro instituto: eum etiam quia initio eius paragaphi, in quo ratio illa continetur, manifeste indicauimus, nos non loqui vniuersim, sed sermonem ad nostrum contrahere institutum, idque illi verbis: *quare quod ad presens instituum attinet, contemplari, &c.* quasi di xerimus, interim alia non curamus, neque ad illa nostrum extendimus sermonem: tum denique ex ipsam ratione. Neque enim antecedens integrum, unde conlusionem illam deduximus, sunt verba illa: *denique cum unico simplicissimo actu sua voluntatis, preiusque plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex eternitate, quicquid voluit, sa-* nè, &c. quasi ex simplicitate actus voluntatis diu ni intenderimus inferre vniuersum, neque in ipsa volitione, neque in volitis esse quicquam, nostro intelligendi modo cum fundamento in re, vólitum prius alio: sed ea verba solum sunt pars quædam antecedentis, eaque non præcipua, sed coadiuvans duntaxat integrum antecedens. Præmissa namque à principio illius paragaphi plenissima cogni tione, seu deliberatione Dei ex parte ipsius intellectus ante aetum sua voluntatis, quæ ad nostrum insitutum inferendum inserviebat, rationem confidere incepimus ab illis verbis: *cum vero habitudines finium, reviximque omnium inter se plenissime cognoscere, integrumque illi esset, non vela permittere ruinam generis humani, nisi per Christum felicissime vellet ei fabuuenire, neque item velle incarnationem, nisi tamquam partis finis integræ adiuuanciam haberet reparacionem generis humani: cum etiam non solum ante ruinam generis humani, sed etiam post illam, nulli adulorum voluerit sempernam beatitudinem, nisi dependenter à proprio usq[ue] liberi arbitrij cuiuscumque eorum, ino neque parvulis, nisi dependenter à remedio contra peccatum originis per usum liberi arbitrij aliorum exhibito, ut de fide constat: denique cum unico simplicissimo actu sua voluntatis, preiusque plenissima deliberatione seu cognitione circa res omnes, voluerit ex eternitate quicquid voluit, sanè exterminanda omnino videatur instantia Scoti & aliorum, in quibus in statuenda incarnatione, prædestinando Christo cum ceteris beatis, aut reprobando ceteris hominibus, Deus unum voluerit ante aliud, aut per scientiam liberam prouiderit vnum ante aliud, &c. Hoc autem non est negare omnem prioritatem nostro intelligendi modo in voluntate diuina, quasi nobis ipsi repugnemus, qui quæstione 14. articulo 13. disputatio. 16. §. Hinc secundo, diximus, actum diuina voluntatis prius natura esse liberum & indeterminatum ad vnum, & posterius in eodem nunc eternitas esse determinandum ad vnum,*

Molina in D.Thom.

A vt de nostra voluntate in instanti temporis eodem articulo 13. disputat. 4. dixeramus: & qui, tum in locis, quæ nobis obiciuntur, tum etiam in aliis in hac prima parte, prioritatem & posterioritatem in actu voluntatis diuinae comparatione diuersorum obiectorum constituiimus.

Hinc iam constat, primum eorum, quæ nobis obiciuntur, nullius esse momenti.

B Quod ad secundum de Christi prædestinatione attinet, sicut integrum relinquitur, si prædestinatio Christi cum prædestinatione singulorum hominum in particuli comparetur, priorem esse nostro intelligendi modo prædestinationem Christi, quæm prædestinationem singulorum, qui in ipso prædestinati sunt, tamquam causam & exemplar prædestinationis caterorum, & tamquam finem, principium, ac fontem, unde media prædestinationis caterorum derivata sunt, vt in eodem ipso membro subiungimus. Etenim licet Christi prædestinatio non antecedat voluntatem absolutam redimenti genus humanum per Christum, & per consequēs prædestinandi in genere homines aliquos in Christo, antecedit tamē singulorum prædestinationem, qui ab ipso sunt redempti. Neque enim sicut voluntio, vt esset incarnatione & Christus, adiunctam habet redemptionem generis humani, tamquam conditionem finem, qua non essent volita: ita prædestinatio Christi habet adiunctam prædestinationem huius vel illius in particuli, tamquam conditionem, sine qua prædestinatio Christi non esset volita.

Ad ultimum, quod nobis obicitur, iam dictū est, quo usq[ue] mēbro præcedente reiiciamus instantia, seu prioritatem & posterioritatem in diuina volitione,

*Ad primā  
obiectionem.*

*Ad secun-  
dam.*

*Prædestina-  
tio Christi  
prior catero-  
rum hominū  
prædestina-  
tione.*

*Ad tertiam.*

### M E M B R U M I X.

*Quamvis integer effectus prædestinationis à  
libero adulti arbitrio pendeat.*

**H**is omnibus ita examinatis ac constitutis, antequam subiiciamus nostram de prædestinatione sententiam (quam correctione sanctæ matris Ecclesiæ, & cetera nostra submittimus) illud in primis admonuerim, multum interesse inter prædestinationem eorum, qui ante usum rationis è vita deducunt, & eorum qui ad eum peruenient (illos omnes parvulorum, hos vero adulorum nomine, deinceps significamus.) Etenim in prædestinatione & reprobatione parvulorum secundum agebatur de gratiis donis consequendis, aut amittendis: parvuli namque reprobati in reliquis perinde se habebunt, ac si in solis naturalibus fuissent constituti. Inde post diem iudicij, cum ipsorum anima suis fuerint corporibus restituta, ab omnibus molestiis, & ærumnis, quibus in hac mortali vita subiacemus, supernaturaliter liberabuntur, meliorèmque in naturalibus vitam, vito omni mentis, & corporis immunem, in perpetuas aeternitates ducant, quam vilis vñquam mortalium duxerit. Quia ergo in prædestinandis, aut reprobandis parvulis, solum agebatur de gratiis donis consequendis aut amittendis: mirum non est si quemadmodum per aliena tantum merita, Christi videlicet Servatoris nostri, prædestinatur: ita propter aliena tantum demerita ad ipsos derivata, neque propter peccatum, non tua, sed primi parentis voluntate commisum, ad ipsosque naturali propagazione transfusum, eisque inhærens, reprobantur. Mirum item non est, si post innocentia ita amissum, nec vitam aeternam consequi, nec

D d 2 paenam

peccatum damni aeternam euadere, in eorum potestate collocatum sit: sed utrumque ex cursu universi, & causis potentibus eos, vel antequam nascantur, vel baptismum suscipiant interimere, arque ex aliena industria & voluntate liberè eis applicante, aut non applicante remedium contra originis peccatum, id totum pendaat.

In prædestinatione vero & reprobatione adulorum, cum de sempiterna felicitate eum acerrimis aeternisque cruciatibus commutanda ageretur, ratio ipsa postulabat, vt (Deo ad merita vita aeterna, quæ solis adulorum viribus comparari non poterant, opitulari parato) in manu confilii sui collocarentur, ut vel propriis meritis, vita saltem aeterna, vel certe interueniente propria industria (quod dixerim propter eum, qui attributus solidum dum sui erat compos, & vita discedit, sacramento post amissum vsum rationis suscepit) vel demeritis propriis, ad vitam aut ad mortem aeternam, vt malleant, peruenient: ad quod re ipsa ita effectum esse Scriptura sacra vbique testatur. Quod fit, vt omni profus dubio semper affirmandum sit, nullum adulorum præstatutum esse in vitam aeternam, nisi per propria merita, quæ auxiliis & donis diuinis nihil omnino impeditibus, in potestate liberi arbitrij situm sit, re ipsa habere, vel non habere, vt maluerit: qua de causa laudi & meritio illi tribuantur. Intellige, vel certe interueniente propria industria: quod addo, propter adulorum illum de quo paulo ante locuti sumus. Simul obserua, me non dixisse, adulos prædestinatos esse propter propria merita, sed per propria merita illud enim est fallum: hoc autem est verum. Hinc etiam sit, vt nullus adulorum reprobatus sit ad cruciatum aeternum, nisi propter propria demerita, quæ re ipsa habere, aut non habere, in potestate liberi sui arbitrij sit collocatum, eaque de causa vtrum per, aeterni punitione dignissimo, cuique tribuitur. Nullus ergo Catholicorum à quocumque adulto prædestinato potest negare propria merita, que nihil omnino impediti diuina prædestinatione in cuius potestate est præstare, aut non præstare. Imò neque negare potest proprias dispositiones ad fidem, primam gratiam, & alia dona, quæ licet à gratia excitante & cooperante pendeant, atamen nihil omnino impediti diuina prædestinatione, in potestate liberi arbitrij eas habere, aut non habere, situm est. Quare quantum in Concordia questione 14. articulo 13. multis disputationibus ostenum est, nihil impediti diuina gratia, à nobis pendere bonum vnum arbitrii nostri, quo vel ad gratiam disponimus, vel etiam adepta exercemus opera incrementi illius, & gloria meritoria, in eaque perseveramus, tantundem, nihil omnino impediti diuina præscientia & prædestinatione, dicendum est, à nobis ipsis, nostraque innata libertate, simili modo pendere, atque adeo, nihil vel prædestinatione, vel reprobatione Dei aeterni impediente, in potestate nostra esse, vel ita ipsa operari, vt vitam aeternam consequamur, vel etiam eo modo, vt ab ea in extremam miseriam deficiamus. Quæ omnia, & quanam ratione cum aeterna prædestinatione & reprobatione consentiant, ostendere proponimus. Neque dubito quin ea, quæ à me modo paucis comprehensae sunt, de fide sint, si quæ in Concordia toto articulo 13. questione 14. & articulo 6. questionis 19. & quæ hac, & praecedente questione dicta sunt, expendantur.

Duo deinde in prædestinatione adulti ante oculos habenda sunt. In primis adulatus ipse, qui ex a-

*Nullus adulatus prædestinatus nisi per propria merita.*

*In prædestinatione adulti duo aucto. oculos habenda.*

A ternitate est à Deo prædestinatus, vt cum donis, quæ Deus ex aeterna prædestinatione statuit illi conferre, per suum arbitrium cooperetur suam salutem, in vitamque aeternam perueniat. Secundo loco dona ipsa, quibus Deus aeterna sua prædestinatione statuit illum adiuicare, perducereq; in vitâ aeternâ: quæ dona, vt à Deo per prædestinationem aeternam proficiscuntur, effectus sunt prædestinationis.

Vt ergo interim solum loquamur de effectibus supernaturis: quos integer effectus prædestinationis adulti includit, exemplum, quo dilucidior res fiat, in eo adhibeamus, qui, adulatus cum sit, ad fidem vocatur, ex infidelique fidelis ac iustus effectus, & decursu temporis, vt fieri solet, sepe à gratia decidit, illamque recuperat, tandemque per bona opera in gratia ultimum accepta fructificat & crescit, ad extreumque vite spiritum in ea perseverat, & vitam aeternam pro meritorum, ac gratiae quantitate consequitur. Quod enim de integro effectu prædestinationis talis hominis dictum fuerit, facile effectui prædestinationis cuiusvis alterius adulti, paucis mutatis, accommodabitur.

Ex his igitur, quæ in Concordia questione 14. articulo 13. præterim à disputatione 8. & à disputatione 35. explicata sunt, nemini dubia esse debent, quæ sequuntur. Primum est, licet habitus fidei, peccatum à libero arbitrio, utrumque auxilio diuina gratia prævenientis, atque excitantis, se disponunt. Item licet incrementum gratiae gratum facientis, quod post iustificationem in progressu via aduloris infunditur, & gloria, quæ in termino viae aduloris prædestinationis confertur à solo Deo efficienter producantur, neque sub nostrum meritum cadant, pendere tamen de lege ordinaria à propria dispositione adulorum, quæ per liberam cooperationem proprii arbitrij, coadiuvante auxilio diuina gratia prævenientis, atque excitantis, se disponunt. Item licet incrementum gratiae gratum facientis, quod post iustificationem in progressu via aduloris infunditur, & gloria, quæ in termino viae aduloris prædestinationis confertur à solo Deo efficienter producantur, pendere tamen à proprio merito adulorum, quo per liberum sui arbitrij influxum, cooperante diuina gratia, eiusmodi incrementum gratiae gratum facientis, & gloriam promerentur. Pendere item à positivo, aut negativo libero vnu sui arbitrij, quo à lethali peccatis vñque ad terminum vita liberè, tentationibus resistendo, ac difficultates superando, abstinent, eaque ratione gratiam vñque ad finem vita liberè conservant. Quamvis non negandum sit, si partem aliquam gratiae gratum facientis in progressu via ex opere operato, vt vocant, virtute alicuius sacramenti recipient, neque illam, neque gloriam, quæ illi respondet, propriis meritis, sed Christi dumtaxat recipere: utrumque tamen dependentes ab vnu proprii arbitrij, quo tale sacramentum liberè suscipere voluerunt, atque à propria dispositione, quæ ad illud suscipendum se aptauerunt. Quod sit, vt adulti, licet effectus supernaturales prædestinationis connumeratos à solo Deo efficienter recipient, nihilominus eos dependenter à libero vnu proprii arbitrij, modo paulo ante explicato, recipiunt. Neque hac in villam video esse controueriam aut difficultatem.

Secundum est, actus supernaturales liberi arbitrij, quibus adulatus infidelis, à Deo per auxilium gratiae prævenientis excutitus, liberè se primo disponit ad fidem, vel spem, vel gratiam suscipiendam, pendere tum à Deo per gratiam prævenientem, tum etiam à libero influxu adulti per proprium arbitrium influentis, qui indiferenter potest, vel cooperari ad eos actus cum præveniente & excitante gratia, vel non cooperari, aut etiam ab ea dissentire, cassamque illam reddere compara

comparacione actuum, ad quos Deus per illam librum adulti arbitrium invitauit. Qui autem sint eiusmodi actus, & qua ratione à nobis & à Deo fiant, imo quoque gratia etiam præueniens à conatu Ecclesiæ, arque à libero nostro arbitrio, iuxta leges à Deo præscriptas, penderat, locis superius citatis explicatum est. Ex eisdem etiam locis patet, supernaturales actus, quibus adulteri, postademptam primam gratiam, incrementum illius, & gloria promeretur, à libero adulteri influxu in eos, atque à gratia gratum faciente iam adepta, aliisque interdum auxiliis diuinis simul concurrentibus, dependere. Merita namque nostra, ita sunt nostri propter liberorum influxum, quo ad illa concurredimus, & à quo pendent, vt simul sint dona Dei propter gratiam, & dona, per quæ nobiscum cooperatur, à quibus non minus, in modo multò magis dependent. Vtus denique liberi arbitrij, quo adulteri iustificatus in gratia semel accepta, à lethaliibus peccatis abstinet, omnes tentationes, ac difficultates superando, diu perseverat, vt ex eisdem locis est manifestum, penderat, tum ab arbitrio ipso, quod, & consentire, aut non consentire in peccata, & temptationibus succumbere, aut repugnare, pro ut maluerit, potest, tum etiam à diuino auxilio, sine quo diu in gratia perseverare non potest, quin succumbat, atque in lethale peccatum deuoluatur.

Ex his omnibus illud in primis non obsecrare deducitur, totum, & singulas partes eius supernaturalis vtus liberi arbitrij, qui in integro effectu prædestinationis, adulteri includuntur, sive is sit vtus, quo adulteri libere ad fidem, spem, caritatem, & primam gratiam se disponit, sive quo, post acceptam iustitiam, liberè exercet supernatura opera, quibus incrementum gratiae, & vita aeterna promeretur, à peccatis abstinet, difficultates superat, temptationibus resistent, habere duas causas liberas, & à qualibet D earum tamquam à parte unius integræ causa pendere. Prior ac præcipua Deus est, qui per sua dona, concursum, & auxilia cooperatur totum illum bonum vtus, & singulas illius partes. Posterior ac minus præcipua, ipsum arbitrio, quod libero suo influxu ad eundem supernaturalem suum vtus, & singulas illius partes cooperatur. Quare quemadmodum totus, & singula illius partes, à Deo pendent & efficiuntur: etiam à libero ipso arbitrio. Sicut item, si Deus supernaturaleriter in illum, & in singulas illius partes nollet influere, omnino non essent: ita si arbitrium ipsum, vt poteat, in singulas illius partes non cooperaretur, penitus non essent. Quia omnia latè in Concordia explicata sunt quæstione 14. articulo 13. Si ergo bonus vtus supernaturalis arbitrij, & singula illius partes specentur, vt prædicto modo à Deo, tamquam à quadam parte totius causæ proficiscuntur, bonus vtus liberi arbitrij includitur in integro effectu prædestinationis adulteri, tamquam pars quadam illius. Si vero spectetur, vt præcisè ab arbitrio createdo emanat tamquam ab altera parte integræ illius causæ, habet se ex parte prædestinati, et quid id quod Deus ab eo exigit, vt cooperetur etiam ad suam salutem, dignissime premio aeterno per propria merita, que dona etiam sunt Dei, efficiatur. Atque hac ratione diximus suprà, in prædestinatione adulteri duas esse ante oculos habenda: tum adulterum ipsum, qui ex aeternitate est à Deo prædestinatus, vt, cum donis, que ex prædestinatione aeterna statui illi conferre, per suum arbitrium cooperetur suam salutem, viamque aeternam consequatur: tum dona quibus ex aeterna prædestinatione statuit illum in tempore

Molina in D.Thom.

A in vitam aeternam perducere: eaque dona, vt à Deo per prædestinationem aeternam proficiuntur, esse effectus prædestinationis. Enim quemadmodum in destinatio sagitta in scopum, aliud est sagitta, quæ destinatur, aliud vis quæ illi à sagittario impunitur, quæ in scopum ab eo destinari dicitur: sic etiam in destinatio, quæ adulteri à Deo, vt per suum arbitrium non solum propria sponte, sed etiam propria libertate & meritis in vitam aeternam deueniat, eo modo destinatur, vt, si velit, deficere ab ea possit, aliud est id, quod ita destinatur, nempe adulteri ipse sua innata libertate prædictus, in manu consilij sui constitutus: aliud verò media, quibus à Deo destinatur, adiuvarique constitutus, vt cooperando per suum liberum influxum in vitam aeternam perteniat. Quò fit, vt ex parte adulteri prædestinati non solum sese habeat adulteri ipse, sed etiam ipsius innata libertas, atque adeò liber influxus & cooperatio, vt præcisè ab arbitrio ipso emanat: ex parte verò Dei prædestinatis, prædestinationis diuinae, sese habeant omnia, quibus illum adiuuare, in vitamque aeternam, tam per se immediatè, quam per causas secundas, perducere constituit, que omnia vt à Deo

(etiam bonus ipse vtus liberi arbitrij, vt à Deo cooperante efficitur) effectus sunt prædestinationis. In partibus verò eiusmodi boni vtus liberi arbitrij nihil omnino certinatur profectum à Deo, quod non idem ab arbitrio createdo emanet, & è contrario: quin potius, quicquid in illo est, totalitate effectus, vt vocant, totum est à Deo, totumque ab arbitrio createdo: ab uno quoque, vt à parte totius causæ, ab utroque simul, vt à causa integra, non exclusis interim aliis causis, si que simul concurrant.

Illud tamen admiduertendum est, quatenus ille bonus vtus emanat ab arbitrio createdo, in Deo etiam referri: tum vt in autorem ipsius arbitrij, qui in similes bonus vtus vim illam hominibus contulit: tum vt in eum, ex cuius generali concursu quicunque arbitrij influxus penderat: tum etiam tamquam in eum, qui suis supernaturalibus donis, auxiliisve præuenientia gratia, arbitrium ipsum invitauit & allicit, vt consensum præbeat ad eiusmodi vtus supernaturales: vt enim in Concordia quæstione 14. art. 13. disputatione 8. & aliis explicatum est, sepe arbitrium neque quoad substantiam actus, hoc est, ad similes vtus naturales, influeret, nisi præueniente gratia alliceretur, & inuitetur: tum denique tamquam in eum, qui cooperando per eadem gratiae dona in actus ad quos arbitrium ipsum cooperatur, efficit ut vtus ille, cooperatiove arbitrij, in re sit supernaturalis, vt sapientiam explanatur est. Semper tamen Deus arbitrio innatam libertatem, vt confientia, aut non consentia, influat, aut nō influat, cooperetur, aut non cooperetur, relinquit: quam idèo per liberum arbitrium homini insitam esse voluit, vt in manu consilij sui constitutus, dominus esset suarum actionum, eaque ratione, nihil prædestinatione impediens, virtutis ac virtutum, meritū & demeritū, laudis ac vituperij, præmij & supplicij capax re ipsa esset: id quod Scripturæ & Concilia passim, vt videbimus, testantur.

Illud est obseruandum, quamuis de re aliqua, quæ effectus sit prædestinationis, vt de supernaturali bono vtus arbitrij hominis prædestinati, concedendum sit habere Deum & hominem tamquam duas partes unius causæ libertatē, à quarum qualibet efficienter sit ac penderat: nihilominus concessum non esse, cunderem supernaturā. Comparatio  
ne Dei solum  
dicitur ali-  
quid præde-  
stinationis ef-  
fectus, non ita  
comparatione  
alterius cau-  
sa.

D d 3 Iem

lem bonum vsum, quatenus effectus prædestinationis est, habere aliam causam, quam Deum. Etenim, ut solius Dei est in vita æternam prædestinare, ita solum comparatione Dei dicitur aliquid effectus prædestinationis, quatenus videlicet ab eo per prædestinationem ac præordinationem æternam immedicè vel immediate tāquam à causa emanat. Quē admodum enim calor ab igne productus in aquam, licet simul sit effectus ipsius ignis tamquam causa particularis, Dei tāquam causa vniuersalis, & aquæ tamquam causæ materialis, atque ab his tribus causis in diuero genere & gradu causa simul sit ac pēdeat: nihilominus non haber rationem effectus in genere & gradu causa efficientis particularis, nisi solum comparatione ignis, quatenus p̄cē illo modo ab eo emanat: quod verò in genere & gradu causa efficientis maximè vniuersalis sit effectus, habet solum comparatione Dei: & quod sit effectus in genere causa materialis, habet solum comparatione aquæ: ita licet supernaturale vñus arbitrii simul habeat quod sit effectus Dei & arbitrii creati: quod tamen sit effectus prædestinationis, non habet comparatione arbitrii creati, sed comparatione Dei, quatenus ab eo mediare vel immediate per prædestinationem æternam emanat: maxime cùm, vt explicatum est, ut emanat ab arbitrio creato, habeat fē ex parte rei prædestinata, non verò prædestinationis.

A licorum nullus negare audebit, aut potest.

Item dixi, singulas partes totius boni vñus liberis arbitrii talis adulti, à puncto, à quo primò ad fidem vocatur, vñque ad terminum vitæ, habere duas causas liberas, à quarum qualibet tāquam à parte vñus integræ causa ita pender, vt si influere desinat, vt liber vñaqueque earum potest, talis pars boni vñus liberis arbitrii non sit. Priorē ac p̄cipiū esse Deum, qui per sua dona, concursum, & auxilia cooperatur totâ illam partē boni vñus liberis arbitrii. Posteriorē verò ac minus p̄cipiū esse ipsum arbitrium, quod morum, adiutum & excitatum à Deo, ita liberè influit, vt in potestate ipsius sit nō influere, efficerēque, vt talis pars boni vñus liberis arbitrii non sit, vt de fide in Conci. Trident. est definitum, & quam sepiissimè à nobis est demonstratum.

Præterea dixi, quancumque cuiusmodi partem boni vñus liberis arbitrii, quæ modo explicato ab influxu Dei, & arbitrii adulti, tamquam à duabus partibus vñus integræ causa pender, esse vnicum simplicissimum actum, vnicāque simplicissimam rationem formalem, qua proinde tota totaliter effectus, & eff. à Deo per prædestinationem æternam, domāque, ac subfida ipsius, quibus in tempore liberum arbitrium ad eam comproducendam adiuvatur, & tota est ab arbitrio ad illam cooperante: neque in ea posse designari vnum reale aut formale, quod sit à Deo, & non ab arbitrio, & aliud, quod sit ab arbitrio, & non à Deo.

Hinc efficitur, vt de toto bono vñus liberis arbitrii prædelineatur, & de quaies illius parte, absolute & simpliciter dicendum sit, esse effectum prædestinationis: cōd quod nihil omnino reale, aut formale in ea sit, quod effectus non sit prædestinationis: tamē si non ex eo habeat, quod effectus sit prædestinationis, quia arbitrium & libertas humana ad illam cooperatur, sed quia Deus per prædestinationem & illius effectus ad eandem cooperatur.

Quamvis Doctores non sic accuratè hæc explicauerint: verisimile tamen semper dixerunt, totum bonum vñus liberis arbitrii, quo prædestinatus iustificatur, atque ad vitam æternam perducitur, singulæque illius partes, esse effectum prædestinationis: id quod perpicuè à nobis modò explicatum est.

Examinandum tamen restat, vtrum idem bonus vñus, spectatus, vt p̄cē emat ab arbitrio ipso, sūa que innata, ac naturali libertate ( ex quo capite habet, vt vñus liberis arbitrii dicatur: tamē si supernaturale sit, aliunde, vt explicatum est, habeat: & quod bonus vñus sit, p̄cipiū aliunde etiam habeat, a Deo videlicet per supernaturale subfida, ac dona cooperante) dicendum sit effectus prædestinationis.

Nos diximus, ex eo capite non habere quod effectus sit prædestinationis, cōd quod modo p̄cē spectatum, computandum non esse inter effectus prædestinationis: sed esse id, quod se tenet ex parte prædestinati, & quod Deus ab illo exigit, vt Deo ipso per suam æternam prædestinationem, effectusque omnes temporales illius p̄cipiū cooperante, perducanturque illum in vitam æternam, adultus quoque ipse liberè consentiat, & cooperetur, vt ea ratione, licet effectus totus prædestinationis, mediaque omnia vniuersum, quibus in vitam æternam perducitur, dona sint. Dei ex infinita ipsius misericordia pro, sola libera sua voluntate protēcta: multa tamen eorum sint merita ipsius prædestinati, & quadam eorum dispositiones ipsius, quibus suam libertatem se ipsum disponit ad gratiam.

Potest hanc totam doctrinam membro præcedente, §. ilnd tamen, subiecta, quod etiam dixeram membro

#### Argumen- sum.

Quod pra-  
definatur  
guid.

Præde-  
stinationis me-  
dia qua.

Bonus vñus  
liberi arbit-  
rii simili est  
donum Dei  
in dispositio-  
ne meritorum  
etiam promeretur, vel post iustificationem  
peccatum.

#### M E M B R U M X.

##### Appendix precedentis.

**Q**uidam aduersus nostram doctrinam membro præcedente contendunt, bonum vñus liberis arbitrii, quo ad primam gratiam disponimur, etiam vt p̄cē à nostro arbitrio procedit, effectum D eff. prædestinationis, argumentanturque in hunc modum.

Gratia præueniens, quæ prædestinationis est effectus, non solum concurrit ad bonum illum vñus liberis arbitrii, cooperando, & influendo in eum actum vñā cum libero arbitrio, sed etiam mouendo arbitrium, vt ad elicendum eum actum concurrat: ergo actus ille, etiam vt est à libero arbitrio, est effectus gratiae præuenientis, & per consequens prædestinationis.

Membro præcedente dixi, in adulti prædestinatione id, quod prædestinatur, esse hominem ipsum adultum cum sua innata ac naturali libertate, quam, non ex prædestinationis dono, sed ex sua natura habet, communisque est reprobis cum prædestinationis. Prædestinari verò à Deo per dona, ac subfida omnia, quæ illi ex aeternitate misericorditer conferre voluit, quibus præuidebat, cooperante tali adulto per suam innatam libertatem, peruenturum illum in vitam æternam: cum tamen integrum illi esset, nihil impeditibus donis & subfidiis, quæ ita illi ex sua parte conferre statuebat, non ita, sed alio modo operari, ad vitamque æternam non peruenire: quod Catholicorum nemo negare potest.

Propter hanc verò cooperationem liberam, quam Deus exigit à tali adulto, adultusque ipse adhibet, dixi ibi, & alibi, bonum vñus liberis arbitrii, quo fe-  
tis dispositio, ad iustificationem disponit, & quo dum vel iustifi-  
cationem meritorum catur gloriam promeretur, vel post iustificationem  
peccatum. simili proponeretur augmentum gratiae, ita esse dona  
Dei, vt simili propter illam liberam cooperationem,  
sunt dispositiones & merita tali adulti, cedantque  
illi in laudem & honorem: quod similiter Catho-